derunt et vestibus elevatis pudibunda sua ostenderunt
et principi illudentes, deridentes ipsum cum suo ex-
ercitu. Qui reversus denuo civitatem XVII. kalend.
Octobris obsedit, ipsam ferro et igne destruxit.
Nec ecclesiis nec hominibus parcens, et episco-
pum Wormaciensem ~~cum~~ et plures prelatos et
canonicos cum CC^o militibus cepit. Nobilis ita- Cr. Misn. [illegible]
que Fredericus de Driforđia ac sui complices
ruptis violenter armarii hostiis inde magnam
peccuniam a civibus ibidem depositam sacri-
lega manu auferentes, libros, calices ac ecclesie
ornamenta cum ^x sanctorum reliquiis distra- x/f. 132!
xerunt et omnia ferro et igne destruxerunt.
Postea dictus princeps revolvens crudele^a Cr. Th. 18,5. a/incrudele
factum in corde suo, cooperante spiritu sancto^b b/p viam ductus add., minio del.
penitencia ductus, civitatem Fritzlariensem in-
travit et convocatis omnibus in foro publice
se prostravit et humiliter veniam petivit et ci-
ves in bonis multis liberavit. Et decimam, quam
de terra ibidem habuit, canonicis ibidem propri-
etatis titulo in emendam tribuit. Demum
religioso habitu indutus ordinis Theutonice
frater effectus est, et donavit iusto donacionis
titulo curiam Griffstet hospitali sancte Elisabeth
ecclesieque dedicate ab eadem et fundate in
honorem Dei genitricis Marie.

Die Varianten von C in § 5 verglichen mit Cron. Thur. sind: susceptus / progrediens romam (et 4) / suscepitur / elisabeth / (collacionem mit Cr. Thur.) / canonisacione / almaniam / fratrum Theutonice

Anno Domini MCC^oXXX ~~III~~. Conradus – – ordinis rector c. 424.
et magister = Cron. Thur. c. 18, § 5. Cr. Minor.

Eodem anno magister Conradus de Marpburgk
occisus est. Qui inter episcopos et sacerdotes velud
clarum sidus in Almania prefulsit. Fuit enim
eruditus sciencia, conversacione purus et vita,
inquisitor heretice pravitatis. Predicavit autem
per totam Theutunicam ~~Teutoniam~~ autoritate apostolica, et se-
quebantur eum clerici et laici. Hunc dominus Lo-
dewicus lantgravius tanto honore coluit et extulit,